

coloniae sanctorumque qui manumatum die pauculas uncias  
 uenderet, praeculit cunctos negotiatores. quin etiam inter  
 canendum animaduersam matronam in spectaculis uetita  
 purpura cultam demonstrasse procuratoribus suis dicitur  
 detractamque ilico non ueste modo sed et bonis exuit. 4. nulli  
 delegauit officium ut non adiceret, 'scis quid mihi opus sit'  
 et 'hoc agamus, ne quis quicquam habeat'. ultimo templis  
 compluribus dona detraxit simulacraque ex auro uel argento  
 fabricata conflauit, in iis Penatium deorum, quae mox Galba  
 restituit.

33 Parricidia et caedes a Claudio exorsus est, cuius necis etsi non  
 auctor at conscius fuit neque dissimulanter, ut qui boletos, in  
 quo cibi genere uenenum is acceperat, quasi deorum cibum  
 posthac prouerbio Graeco conlaudare sit solitus. certe omnibus  
 rerum uerborumque contumeliis mortuum insectatus est,  
 modo stultitiae modo saeuitiae arguens. nam et morari eum  
 desisse inter homines producta prima syllaba iocabatur  
 multaque decreta et constituta ut insipientis atque deliri pro  
 irritis habuit, denique bustum eius consaepiri nisi humili  
 leuique maceria neglexit.

32 §3 praeculit . . . negotiatores: *Oros.* 7. 7. 8      33 §1 parricidia et caedes:  
*Eutrop.* 7. 14. 3, *Oros.* 7. 7. 9      a Claudio . . . conscius fuit: *cf. Cl.* 44. 2-3      quasi  
 deorum . . . solitus: *Cass. D.* 60. 35. 4      nam et morari . . . iocabatur: *cf. Sen. Apoc.* 7.  
 3, 8. 3

2 quae] quas *Bent.*      ciuitates post in certaminibus *coll. β*      6 animaduersam]  
 -sum  $\alpha_2$       11 compluribus] -ris  $\alpha_1$       12 iis  $M\beta_1$  : ius  $\alpha_2$ , his  $G\beta_2$   
 20 desisse *om. G*, post homines *coll. β*      21 atque] et  $G\zeta$       22 consaepiri]  
 -sepeliri  $\beta_1$  ut *uid.* (-lim *R*), conspire *Bent.*      23 maceria *Gutherius* 1671, 377  
 (*Reinesius ap. Müller* 1804, 22) : materia  $\omega$